

Sapientia

co: a charissima in delitiis. Statura tua assi-
milata est palme: et vbera tua botris. **Dixi.**
Ascendam iu palmam: et apprehendam fru-
ctus eius. Eterunt vbera tua sicut botri vi-
ner: et odor oris tuus sicut odor malorum. gut-
tur tuum sicut vinū optimum. **H**ignum di-
lecto meo ad potādum: labijsq; et dentibus
illius ad ruminandum. **E**go dilecto meo: et
ad me conuersio eius. **C**eni dilectem mi egre-
diamur in agrū: cōmoremūr in villis. **M**a-
nes surgamus ad vineas: videamus si floruit
vinea: si flores fructus parturiunt: et florue-
runt malapunica. **I**bi dabo tibi vbera mea.
Andragore dederūt odorem in portis no-
stris. **O**mnia poma noua et vetera dilecti mi-
seruauit tibi.

VIII

Quis mihi det te fratrem meum sugē-
tem vbera matris mee ut inueniam
tesolum foris: et deosculer: et iam me
nemo despiciat. **A**pprehendam te et ducam
in domum matris mee: et in cubiculum geni-
tricis mee. **I**bi me docebis et dabo tibi pocu-
lum ex vino condito: et mustum malorum gra-
natorū meorum. **L**eua eius sub capite mco.
et dextera illius amplexabis me. **A**d iuro vos
filie hierusalē. **N**e suscitetis neq; euigilare fa-
ciatis dilectam: doncc ipa velit. **Q**ue est ista
que ascendit de deserto: delitiis affluens in-
nixa sup dilectum suū? **S**ub arbore malo su-
scitauit te. **I**bi corrupta est mater tua: ibi vio-
lata est genitrix tua. **P**one me vt signaculū
sup cor tuū: vt signaculū sup brachiū tuum.
quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut in-
fernus emulatio. **L**ampades eius vt lampa-
des ignis atq; flamarum. **A**que multe nō
potuerunt extinguere charitatem: nec flumi-
na obruent illam. **S**i dederit homo omnem
substantiā domus sue p dilectione: quasi ni-
bil despiciet eam. **F**oror nostra parua: et vbe-
ra non habet. **Q**uid faciemus forori nostre:
in die quando alloquenda est. **S**im murus est
edificemus sup eum propugnacula argentea.
Si ostium est: cōpingamus illud tabulis ce-
drinis. **E**go murus: et vbera mea sicut turris
ex quo facta sum coram eo quasi pacem repe-
tiens. **V**inea fuit pacifico: in ea que habet po-
pulos. **T**radidit eam custodibus: vir assert
p fructu eius mi le argēteos. **V**inea mea co-
ram me est. **M**ille tui pacifici et ducenti his
qui custodiūt fructus eius. **Q**ue habitas in
hortis amici auscultat: fac me audire vocem
tuā. **F**uge dilecte mi: et assimulare capree bin-
nulocq; ceruozū sup montes aromatum.

Explicit Lantica cantorum.

Incipit prologus in librum sapientie.

In liber sapientie apud hebreos
nusq; est. Unde et ipse stilus
grecam magis eloquentiam
redolet. **H**unc iudei Philo-
nis esse affirmat. Qui proin-
de sapientie nominat: quia i
eo christi aduentus qui est sapientia patris:
et passio eius euidenter exprimitur.

Explicit prologus. Incipit
liber Sapientie. Capit. I.

Iligite iu-
sticiam: qui iudicatis
terram. Sentite de do-
mino in bonitate et sim-
plicitate cordis queri-
te illum: quoniam inueni-
tur ab his qui nō tem-
ptant illum: apparet autē eis q; fidem habent in
illum. **P**eruerse enī cogitationes separant a deo
pbara aut̄ x̄tus corripit insipiētes. **Q**uoniam
in maliuolā animā nō introibit sapientia: nec
habitat in corpe subdito peccatis. **S**pūs
enī sanctus discipline effugiet fictū et auferet
se a cogitationib; q; sunt sine intellectu: et cor-
ripief a supueniente iniqtate. **N**enignus est
enī spūs sapientie et nō liberabit maledictū a
labijs suis: qm̄ renū illius testis est deus: et
cordis illius scrutator est verus: et lingue ei⁹
auditor. **Q**uoniam spūs domini replete o:bē
terrā: et hoc qd cōtinet omia scientiā habet
vocis. **P**ropter hoc q; loquit̄ iniqua nō pōt
latere: nec p̄teriet illum corripies iudiciū. **I**n
cogitationib; enī impij interrogatio erit: ser-
monum autē illius auditio ad deum veniet:
ad correptionem iniqtatum illius. **Q**uin auris
celi audit omnia: et tumultus murmuratio-
num nō abscondet. **C**ustodite ḡ vos a mur-
murationē q; nihil pdest: et a detrac̄tiōe parci-
te lingue. **A**nslermo obscurus in vacuū non
ibit: os autē qd mentis occidit animā. **N**oli
te zelare mortē in errore vite vestre: neq; acq;
ratis pditionē in opibus manū vestrarum
Qm̄ deus mortē nō fecit: nec letat in peditōe
viuorū. **C**reavit enī vt essent omnia et sanabi-
les fecit nationes orbis terrarū: et nō est in illis
medicamentū extermīnij: nec inferorū regnū
in terra. **J**usticia enī ppetua est et immortalis
iniusticia aut̄ mortis acquisitionis. **I**mpij autē
manibus et x̄bis accersierūt illa: et estimātes
illā amicā: defluxerūt: et sponsiones posuerūt
ad illā qm̄ more digni sūt q; sunt ex pte illius

B 4

Dixerunt enim impi cogitamus. II
Dies apud se non recte. Exiguum et cum
tedio est tempus vite nostre: et non est
refrigerium in fine hominis: et non est qui agnitus
sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati
sumus: et post hoc erimus tanquam non fuerimus.
Quoniam sumus afflatus est in naribus nostris
et sermo scintille ad concomitendum cor nostrum.
Quia extinctus cinis erit corpus nostrum: et
spiritus diffundetur tanquam molles aer. Extrahitur
vita nostra tanquam vestigium nubis: et sicut ne
bulula dissolueatur: que fugata est a radiis solis:
et a calore illius aggrauata. Et nomen nostrum
oblivione accipiet per tempus et nemo memo
riam habebit operum nostrorum. Umbra enim
transitus est tempus nostrum: et non est reuersio
finis nostri: quoniam consignata est: et nemo re
uertit. Venite ergo et fruamur bonis quae sunt:
et tamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.
Vino precioso et vnguentis nos impleamus:
et non pretereat nos flos temporis. Coronemus
nos rosas antequam marcescat: nullum pratum sit
quod non praeseat luxuria nostra. Nemo ve
strum exors sit luxurie nostre. Ab his relinque
mus ligna leticie: quoniam hec est pars nostra
et hec est fors nostra. Oprimamus pauperem
iustum: et non parcamus vidue nec veterano: nec
reuereamur canos multi tempis. Sit autem
fortitudo nostra lex iusticie. Quod enim infir
mum est: inutile inuenit. Circumueniamus gen
erum: quoniam inutilis est nobis et praurius
est operibus nostris: et improperat nobis pec
cata legis: et dissipat in nos peccata discipli
ne nostre. Promittit scientiam dei habere:
et filium dei se nominat. Factus est nobis in tra
ductonem cogitationum nostrarum. Grauis est
nobis etiam ad videndum: quoniam dissimilis
est alijs vita illius: et immutate sunt vias eius.
Tangunt nugas estimati sumus ab illo: et ab
stinet se a viis nostris tanquam ab immundicibus: et
perficit nouissima iustorū: et gloria patrem se
habere deum. Videamus ergo si simones illi
veri sint: et temptemus que ventura sunt illi.
et sciemus que erunt nouissima illius. Si enī
est verus filius dei suscipiet illum: et liberabit
illum de manibus prauriorū. Cotumelia et tor
mento interrogemus eum: ut sciamus reuerentiam
eius: et probemus patientiam illius. Mortetur
pissima damnatio eum. Erit enim ei respectus
ex simonibus illius. Nec cogitauerūt terra
uerunt: ex cecauit enim illos malicia eorum. Et
nescierunt sacramenta dei: neque mercede spe
rauerunt iusticie: nec indicauerunt honores
animarum sanctorum. Omnis deus creauit hominem
inextirpabilem: et ad imaginem similitudinis
sue fecit illum. Inuidia autem diaboli: mors itro

uit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui
sunt ex parte illius.

III

Iustorum autem anime in manu dei sunt:
et non tangunt illos tormentum mortis.
Qui sunt oculis insipientium mori: et
estimata est afflictio exitus illorum. Erabili
nere iusto abierunt in exterminium: et quia nobis
est iter exterminij illi aut sunt in pace. Et si co
ram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum
immortalitate plena est. In paucis vexati: in
multis vero disponentur: quoniam deus temptauit
eos: et inuenit illos dignos se. Tantum aurum in
fornace probavit illos: et quasi holocausti ho
stiam accepit illos: et in tempeste respectus
illorum. Fulgebat iusti et tanquam scintille i arun
dineto discurrebat. Judicabunt nationes et do
minabunt populis: et regnabit dominus illorum in
petuum. Qui confidunt in illo: intelligent
veritatem: et fideles in dilectione a crescent illi:
quoniam donum et pax est electis eius. Impi autem
qui cogitauerunt correptionem habebunt:
et neglexerunt iustum et a domino recesserunt. Sapiē
tiam enim et disciplinam quae abiit infelix est: et va
cua est spes illorum: et labores sine fructu: et in
utilia opera eorum. Multieres eorum insensate
sunt et nequissimi filii illorum. Maledicta crea
tura eorum quoniam felix est sterilis et iniquina
ta: que nesciuit thoro in delicto. Habet fru
ctum in respectione animarum sanctorum. Et spa
do quae non opatus est per manus suas iniqtate
nec cogitauit aduersus deum nequissima. Da
bitur enim illi fidei donum electum: et fors in te
plo dei acceptissima. Bonorum enim laborum
gloriosus est fructus: et quae non concidat radic
sapietie. Filius autem adulterorum in consumma
tione erunt et ab iniquo thoro semen extermini
nabit. Et si quidem longe vite erunt: in nihilum
computabuntur: et sine honore erit nouissima
senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint
non habebunt spem nec in die agnitiois allo
cationem. Nationes enim inique dire sunt con
summationis.

III

O quam pulchra est casta generatio cui
claritate. Immortalis est enim memoria
illius: quoniam et apud deum nota est et ap
probi. Cum persens est imitans illam et desiderat
eam cuiuscumque eduxerit: et in perpetuum coronata
triumphat: in coinquatorum certaminibus premiu
vincens. Multigena autem impiorum multitu
do non erit utilis: et spuria vitulamia non dabunt
radices altas: nec stabile firmamentum collo
cabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint
infirmitas posita a vento conquebuntur: et a ui
mitate ventorum eradicabuntur. Confringentur
enim rami in consummati: et fructus illorum inuti
les et acerbi ad mordacandum: et ad nihil apti

Sapientia

Ex iniq*s* em*o*es fil*l*ij q*n*ascunt*t*estes sunt ne*q*ue ad*u*sus par*e*tes in interrogati*o*e sua. **I**ustus aut*em* si morte p*o*ccupat*p* fuerit: in refrigerio erit. **S**enect*u*s em*m* venerabilis est: non diu*u*turna: ne*q* am*o*ri*u* numero c*o*putata. **L**ani aut*em* sunt sensus homis: et etas senectutis vita immaculata. **P**lac*c* de*o* fact*u* d*ilect**u* et vi*u*es inter peccato*r*es tr*ans*latus est. **R**apt*u* est ne malicia mutaret intellectum eius: aut nef*ic*to deciper animam illius. **F**ascinatio em*m* n*u*gacit*u* obscurat bona et inc*on*stantia c*o*cupie transuert*u* sensum sine malicia. **C**o*s*ummat*u* in breui expleuit t*ra*pa multa. **P**lac*c* em*m* erat de*o* anima illius: p*er*pter h*u* p*ro*p*ter*a*u* educere ill*u* de medio ini*q*tatum. **P**opuli aut*em* viden*u* tes et no*n* intellig*e*tes nec pon*e*tes in p*ec*cordi*s* talia: q*m* g*rat*ia dei et misericordia est in sanctos eius: et respect*u* sup*er* electos ill*u*. **C**ondemnat aut*em* iustus mortuus viuos impios: et iuu*u*etus celeri*u* co*s*ummat*u* long*u* vit*u* iniusti. **A**i debuit em*m* sine sapi*e*tis et no*n* intelligent q*d* co*gitauerit* de illo de*o*: et q*re* minuerit ill*u* d*omi*n*s*. **A**idebunt em*m* et p*re*stinent e*u*: illos aut*em* deus irridebit. **E**t er*u*t post hec decidetes sine honore: et in ptumelia int*er* mortuos in p*petuum*. **Q**u*m* dirup*u* illos inflatos sine voce: et com*mo*vebit*u* illos a fundam*en*te*s*: et v*er*sc*u* ad supremum desolab*u*t. **E**t er*u*t gemetes: et memoria illor*u* piet*u*. **G**eni*u*et*u* in cogitat*o*e pct*o*z suor*u* timidi: et traduc*u* illos ex aduerso ini*q*tates iporum.

V

Tunc stab*u*t iusti in magna p*re*stantia aduersus eos q*u* se angustiauer*u*nt: et q*u* abstuler*u* labores eoz. **I**udetes turbab*u* timore horribili: et mirab*u*nt*u* in libita*u*ti*e*e insperate salutis gemetes p*er* angustia spiritus dicetes intra se: penit*en*ta*u* agetes et pre angustia sp*iritu*s gemetes. **H**i sunt q*s* habu*u*m*u* aliqu*u* in deril*u* et similitudine*u*z im*proper*ij: nos insensati vit*u* illor*u* estimab*u*m*u* insan*u* et sine illor*u* sine honore. **E**cce qu*d* c*o*putati sunt inf*ili*os dei: et in*fr*ancos sors illor*u* est. **E**rigo errau*u*m*u* a via vitatis: et iusticielum*u* non luxit nob*is*: et sol intellig*e*t*u*ne*o* est or*is* nob*is*. **V**assati sum*u* in via ini*q*tatis et p*ec*dit*o*is et ambulau*u*m*u* vias difficiles: vi*u*a aut*em* dom*in* ignorau*u*m*u*. **Q**uid nob*is* p*ro*fuit sup*er*bia: aut di*u*ti*u* iact*u*ta*u* q*d* p*ec*cul*u* nob*is*? **T**ransierunt o*ia* illa t*an*q*u* v*er*bra et t*an*q*u* n*u*ci*u* p*ec*cur*u*es. **E**t t*an*q*u* nauis q*u* p*ra*esit fluctuant*u* aqu*u* cui*u* cu*u* p*ter*erit no*n* est vestig*u* inuenire: ne*q* se*mit*a carine ill*u* in fluctibus: aut au*is* q*u* tr*ans*uolar*u* in aere: cui*u* null*u* inuenit*u* argumentuz itineris ill*u*: sed t*u*n*u* son*u* alar*u* v*er*ber*u* leue*u* vent*u*: et scind*u* p*er* vim itineri aer*u*: c*o*motis ali*s* transuolau*u*it: et post hoc null*u* signum.

inuenitur itineris ill*u*: aut t*an*q*u* sagitta em*is*fa in loc*u* destinat*u*: diuisus aer continuo in se reclusus est ut ignoretur transitus illius: sic et nos nati continuo desinimus esse: et virtutis q*d*em null*u* sign*u* valuimus ostendere: in malignitate aut*em* nostra co*s*umpti sumus. **L**ia dixerunt in inferno: hi qui peccauerunt: quoniam spes imp*er* tan*q* lanugo est que a vento tollitur: et tan*q* spuma gracilis que a procella dispergit: et tan*q* sumus q*u* a vento diffusus est: et tan*q* memoria hospitis vni*u* die p*re*tereuntis. **J**usti aut*em* in p*petuum* viuent et apud d*omi*n*s* est merces eor*u*: et cogitatio illor*u* apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris et diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua teget eos: et in brachio sancto suo defendet illos. **E**t accipiet arma turam zelus illius: et armabit creaturam ad v*er*tionem inimicorum. Induet per thorace iusticiam: et accipiet per galea iudicium certum. **S**u*m*et scut*u* inexpugnabile e*q*uat*u* acuet auct*u*z diram iram in l*aceam*: et pugnabit cu*m* illo orbis terrar*u* contra insensatos. **I**bunt directe emissiones fulgor*u* et tan*q* ab*u* curuato arcu nubi*u* exterminab*u*nt*u*: et ad certum locuz insili*u*. **E**t a petrosa ira plene mitter*u* gran*d*ines: et scandescet in illos aqua maris: et flumina co*c*urrent dur*u*. **C**ontra illos stab*u* sp*iritu*is virtutis: et tan*q* turbo venti diuidet illos: et ad hercum p*duc*et o*en* terr*u* ini*q*tatis illor*u*: et malignitas euertet sedes pot*er*ium.

Elio*u* est sapientia q*u* vires VI
Oz vir prud*en*z q*u* fortis. Audite ergo reges et intelligitez: discite iudices firmum terre. Prebeate aures vos qui contine*u*is m*it*titudines et placet*u* vobis in turbidis nationum: quoniam data est a domino potestas vob*is*: et virtus ab altissimo: q*u* interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabit*u*: quoniam cum esset*u* ministri regni illius: non recte iudicastis ne*q* custodistis legem iusticie: ne*q* sim voluntate dei ambulastis. Horrede et cito apparebit*u* vobis: q*m* iudiciuz durissimum in his q*u* p*l*ant*u*nt*u*. **E**riguo em*m* p*ec*ced*u* misericordia: potentes aut*em* potest*u* tormenta patientur. Non em*m* subtrahet*u* p*son*am cuius*u* deus q*u* est omni*u* dominator: nec verebit*u* magnitudinem cuius*u*: quoniam pusillum et magnum i*p*ec*ce*it*u* et equaliter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior*u* instat cruciatio*u*. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei: ut discatis sapientiam et ne excidatis. Qui em*m* custodierint iustici*u*: iuste iudicab*u*nt*u*: et q*u* didicerint iusta*u*: inuenient*u* q*d* responde*u*nt*u*. **C**ocupiscite ergo simones meos: et diligite illos: et habebitis disciplin*u*. Clara est et

B 5

quenuncq; marcescit sapiētia: et facile videſ ab his q; diligūt eā et innenit ab his q; querunt illā. Preoccupat q; se p;cupiscunt: ut illis se prior ostēdat. Qui de luce vigilauerit ad illā non laborabit: assidentem enim illam fori bus suis inueniet. Logitare ergo de illa: sensus est cōsummatus: et qui vigilauerit prop̄ illam: cito erit securus. Quoniam dignos se circuit ip̄a querens: et in vijs suis ostendet se illis hilaris: et in omni p;uidentia occurret illis. Initium em̄ illius verissima est discipline concupiscentia. Curāq; discipline dilectio est: et dilectio custodia legum illius est. Luctuditio aut̄ legum p;summatiō in corruptio nis est: incorruptio aut̄ facit esse proximum deo. Cōcupiscentia itaq; sapientie deducit ad regnum perpetuū. Si ergo delectamini sedibus et sceptris o reges populi: diligite sapiētiam ut in p;petuum regnetis. Diligitе lumē sapiētiae: om̄es q; preestis populis. Quid ē au tem sapiētiae et quēadmodum facta sit: referā et nō abscondam a vobis sacramenta dei: sed ab initio nativitatis inuestigabo et ponam in lucem scientiā illius: et non p;teribo veritatē: neq; cū inuidia tabescēte iter habebo q;niā talis homo nō erit p;ticeps sapiētiae. Multū tudo aut̄ sapientiū: sanitas est orbis terrarū: et rex sapiens populi stabilimentū est. Ergo accipite disciplinā p; sermones meos: et p;de rit vobis.

VII
Aūm quidem et ego mortalis hō simi lis emibus: et ex genero terreno illius q;por factus est: et in ventre matris fi guratus sum caro: decem mensum tempore co agulatus sum in sanguine: ex semine hominis et delectamēto somni cōueniente. Et ego natus accepi cōmunem aerē: et in similiter factā decidi terrā: et primā vocē similem omnibus emisi plorans. In inuolumēti nutritus sum et magnis curis. Nemo em̄ ex regibus aliud habuit nativitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitā: et similis exit. Propter hoc optauī et datus est mihi sensus: et in uocauī: et venit in me spūs sapiētiae. Et p;posui illam regnis et scđibus: et diuitias nihil eē dixi in compatione illius. Nec cōparaui illi lapides p;ciosum: qm̄ om̄ne aurū in compatiōne illius arena est exigua: et tanq; lutū estimabitur argentū in conspectu illius. Sup̄ salutē et speciē dilexi illam: et p;posui pluce habere illam q;niā inextinguibile est lumen illius. Venerunt aut̄ mibi om̄ia bona pariter cum illa et innumerabilis honestas p; manū illius et letatus suz in omnibus q;niā antecedebat meista sapiētia et ignorabā. q;niā bonorum omnū mater est. Quam sine fictiōe didici: et

sine inuidia cōmunicō: ethonestatē illius non absēdo. Infinitus em̄ thesaurus est ho minibus: quo q; vī sunt: participes facti sunt amicicie dei: propter discipline dona cōmentati. Obihi autē dedit deus dicere ex sentē tā et p;sumere digna horū que mihi dantur: quoniā ip̄e sapiētiae dux est: et sapientiū emēdator. In manu em̄ illius et nos et sermones nostri: et omnis sapiētia: et operū scientie discipline. Ip̄e em̄ dedit mihi horū que sunt scientiā verā: ut sciam dispositionē orbis terrarum: et virtutes elementorū: initium et con summationē et medietatem temporū: vicissitudinem: permutationes: et cōsummationē tē porum: et morū mutatiōes: diuisiones tēporum anni cursus et stellarū dispositiōes natu ras animaliū: et iras bestiarū: vim vētorum: et cogitatiōes hominū: differētias vultorū et virtutes radicū: et quecunq; sunt absconsa et improuisa didici. Om̄niū em̄ artifex docuit mesapientia. Est em̄ in illa spiritus intelligentie sanctus: vnicus: multiplex: subtilis: disertus: mobilis: incoinqnatus: certus: suauis: amans bonum: acutus: qui nibil vetat benefacere: humanus: benignus: stabilis: certus: securus omnē habēs virtutem: omnia p;spiciens et qui capiat om̄es spiritus intelligibiles: mundus: subtilis. Omnibus em̄ mobili bus mobilior est sapiētia. Attingit aut̄ vbiq; ppter suā mundiciā. Vapor est em̄ virtutis dei: et emanatio quedā est claritatis omni potentis dei sincera: et ideo nihil inquinatur in eam incurrit. Candore est em̄ lucis eterne: et speculū sine macula dei maiestatis: et imago bonitatis illius. Et cum sit vna: om̄ia possit: et in se p;manens: om̄ia innouat: et p;nationes in aūmas sanctas se transfert. Amicos dei et prophetas cōstituit. Nemī em̄ diligit deus: nisi eum q; cuz sapientia inhabitat. Est em̄ hec speciosior sole: et sup̄ omnē dispositiō nem stellarū: luci compata inuenit p;oz. Illi succedit nox: sapientiam autē non vincit ma licia.

VIII
Attingit ergo a fine vsc̄ ad finem fori titer: et disponit om̄ia suauiter. Hanc amauī et ex q;siui eā a luuētute mea: et quesui sponsam mihi eā assumere: et amator factus sum forme illi. Generositatē illi glo rificat cōtubernium habēs dei: sed et om̄iuž dñs dilexit illā. Doctrix est em̄ discipline dei et electrix operū illius. Etsi diuitie appetuntur in vita: quid sapientia locupleti? que operatur om̄ia. Si autē sensus opatur: quis horum que sunt magis q; illa est artifex. Etsi iusticiā q; diligit: labores hui magnas habet viutes. Sobrietatem em̄ et prudentiā docet

Sapientia

et iusticiam et virtutem quibus utilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientie considerat quis: scit posterita et de futuris estimat. scit iusticias sermonum et dissolutones argumentorum: signa et modestra: scit antequam fieri: et cunctus temporum et seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad coniunctionem: sciens quoniam mecum comunicabit de bonis: et erit allocutio cogitationis et tedi mei. Habebo propter hanc claritate ad turbas: et honorum apud seniores. Juvenis et acutus inueniar in iudicio: et in cōspectu potentium ammirabilis ero: et facias principum mirabunt me. Tacentem me sustinebunt: loquentem me respicient: et sermocinante me plura manus ori suo imponent. Preterea habebo per hanc immortalitatem: et memoriam eternam his qui post me futuri sunt relinquam. Disponam prolos et nationes mihi erunt subdite. Timebunt me audientes reges horrediri: et in multitudine videbor: bonus: et in bello fortis. Intrans in domum meam cōquiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem cōuersatio illius: nec tediū cōvictus illi: sed leticiā: et gaudium. Hec cogitā apud me: et cōmemorās in corde meo: quoniam immortalis est in cogitatiōe sapientia: et in amicicia illi: delectatio bona et in operibus manuum illius honestas sine defecione: et in certamine loq̄le illius sapientia: et perclaritas in cōmunicatiōe sermonum ipsius: circūbam querēs: ut mihi illam assumere. Quod er autem eram ingeniosus: et sortitus sum anima bonam. Et cū essem magis bonus: veni ad corpus incoinqnatū. Et ut sciui quoniam aliter non possem esse continens nisi deus det: et hoc ipsum erat summa sapientia scire cuius esset hoc donum adiū dñm et deprecatus sum illi et dixi ex totis p̄cordijs meis.

IX

Deus patrū meorum et domine misericordie quod fecisti omnia verbo tuo: et sapientia constituiti hominem: ut dominatur creature que a te facta est: ut disponat orbem terrarum in equitate et iusticia: et in directione cordis in dictu iudicet deo mihi sedium tuarum assistricem sapientiam: et noli me reprobare pueris tuis quoniam seruus tuus sum ego et filius ancille tue: homo infirmus et exigui temporis: et minor ad intellectum iudicij et legum. Et sic quis erit consummatus inter filios hominum si absuerit ab illo sapientia tua: in nihil cōputabitur. Tu autem elegisti me regem populo tuo: et iudicem filiorum tuorum et filiarum. Et dixisti me edificare templū in monte sancto tuo: et in cunctate habitatōis tue altare: similitudinem tabernaculi sancti tui: quod preparasti ab initio: et tecum sapientia tua: quoniam opa tua: que et assuit tunc cum orbe terrarum faceres: et sciebat quod

esset placitū oculis tuis: et quod directum in perceptis tuis. Omnis illa de celis sanctis tuis. et a sede magnitudinis tue: ut mecum sit et mecum laboret ut sciā quod acceptū sit apud te. Scit enim illa omnia et intelligit: et deducet me in operibus meis sobrie et custodiet me in sua potestate. Et erunt accepta opera mea: et disponam gloriam tuum iuste: et ero dignus sedium patris mei. Quis enim homin poterit scire consilium dei? Aut quis poterit cogitare quod velit deus? Logitatiōes enim mortaliū timide et incerte puidet tie nostre. Corpus enim quod corrupit aggrauat anima: et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitante. Et difficile est manus quae in terra sunt: et quae in prospectu sunt invenimus cum labore. Que in celis sunt autem: quis inuenit stigabit. Genitum autem tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam et misericordiam sanctum tuum de altissimis: et si correcte sint semite eorum quae sunt in terris: et quae tibi placet didicerit hoies. Nam per sapientiam sanati sunt quoniam placuerint tibi domine a principio.

X

De illi qui primus formatus est a deo pars orbis terrarum: cum solus esset creatus custodivit: et eduxit illum a delicto suo. Et eduxit illum de limo terre: et dedit illi virtutem cōtinendi omnia. Ab hac ut recessit iniustus in ira sua per iras homicidij fraternitas deperit. Propter quod cum aqua deleret terram sanauit iterum sapientiam: per contemptibilem lignum iustum gubernans. Hec et in consensu subbie cum senatiōes extulissent sciuit iustum: et cōseruauit sine quare deo et in filiis misericordiam forte custodiuit. Hec iustum a pereuntibus impijs libauit fugientem: descendente igne in pentapolim: quibus in testimonium nequitie sumigabunda constat deserta terra: et in certo tempore fructus habentes arbores: et incredibilis aīne memoria stās signum salis. Sapientia enim pterentes non tamen in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona: sed et insipientie sue reliquerunt hominibus memoriam ut in his qui peccauerunt ne clateret potuerint. Sapientia autem hos quoniam se obseruant a dolorib⁹ liberabit. Hec autem primum ire fratris iustum deduxit per vias rectas: et ostendit illi regnum dei: et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illi in laborib⁹: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi assuit illi: et honestum fecit illi. Custodiuit illum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi ut vinceret et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illum: donec auferret illi sce-

ptrum regni: et potentiam aduersus eos quod cum
deprimebat: et medaces ostendit qui macula
uerunt illum: et dedit illi claritatem eternam.
Ibec populu iusti et semen sine querela libe-
rauit a nationibus que illi deprimebat. In-
trauit in aiam sui dei: et stetit contra reges hor-
rendos in portentis et signis. Et reddit iustis
mercedem latorum suorum et deduxit illos in via
mirabilis: et fuit illis in velamēo diei: et in lu-
ce stellarum per noctem. Et transtulit illos per
mare rubrum: et transuexit illos per aquam ni-
miam. Inimicos autem illorum demersit in ma-
re: et ab altitudine inferorum eduxit illos. Jo-
usti tulerunt spolia impiorum: et decantauerunt
domine nomen sanctum tuum: et vicitricem manuz
tuam laudauerunt pariter. **Q**uoniā sapientia
aperuit os mutorum: et linguas infantium fecit
disertas.

XI

Dixit opa eorum in manibus pro-
phete sancti. Per fecerunt per deserta
quoniam habitant et in locis deserti fe-
cerunt casas. Steterunt contra hostes: et de ini-
micis se vindicauerunt. Sitterunt et invocaue-
runt te: et data est illis aqua de petra altissima
et reges sitis de lapide duro. Per quod ei penas
passi sunt inimici illorum: a defectioe potus sui
in eis cum abundaret. si israel letati sunt. Per
hec cum illis deessent bñ cum illis actu est. Nam
per fonte quodam semper tertiū fluminis humanū
sanguinem dedisti iniustis. Qui cum minueren-
tur in traductione infantium occisorum: dedisti
illis abundantē aquā insperate: ostendes per si-
tim quod tu fuit quemadmodū tuos exaltares: et
aduersarios illorum necares. Cum enim temptati
sunt et quidē cum misericordia disciplina acci-
pientes scierunt: quemadmodū cum ira iudica-
ti impij tormenta paterent. **I**hos quodam tanquam
patronem probasti: illos autem tanquam durus rex
interrogas cōdemnasti. Absentes enim et presen-
tes similiter torquebantur. Duplex enim illos ac-
cepserat tediū: et gemitus cum memoria preteri-
torum. Cum enim audirent per sua tormenta bñ se-
cum agi: cōmemorati sunt dominum: admirantes
in fine exitus. **Q**uoniam in expositoē prava per-
iectum deriserunt in fine euentus mirati sunt
Nō similis iustis facies: per cogitationibꝫ autē
īlensat iniqtates illorum. **N**ō quodam errantes cole-
bant muros serpentes et bestias supuacuas: im-
misisti illis multitudinem mortuum animalium
in vindictā: ut sciret quod per que peccat quis: per
hec et torquetur. **N**ō enim impossibilis erat potens
manus tua quod creauit orbem terrarum
ex materia inuisa: immittere illis multitudinem
vulnorum aut audaces leones: aut noui generis
ira plena et ignotas bestias. aut vaporem
igneum spirantes: aut fumi odorem pferentes

aut horredas ab oculis scintillas emittentes
quarum non solum lesura poterat illos extermini-
nare: sed et aspectus per timorem occidere. **N**ā
et sine his uno spiritu poterant occidi pseu-
tionem passi ab ipsis factis suis: et diligsi per
spūm virtutis tue: sed omnia in mensura et nu-
mero et potestate disponisti. **M**ultū enim vale-
retibi soli supratempore: et virtute brachij tui quis
resisteret. **Q**uoniā tanquam momentū stare: sic est
ante te orbis terrarum: et tanquam gutta roris an-
telucani quod descendit in terrā. **E**t misereris omnium:
quia omnia potes et dissimulas peccata
homīm propter penitentia. **D**iligis enim oia que
sunt: et nihil eorum odiisti que fecisti: nec enim
odiens aliquid cōstituisti: aut fecisti. **Q**uomodo
autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses:
aut quod a te vocatum est non esset: cōversare
parcis autem omnibus: quoniam tua sunt domine quod
amas animas.

XII

O quā bonus et suavis est domine spūs
tuus in omnibus. Ideo quod hos quod exer-
cit partibus corripis et de quibus pec-
cant animones et alloqueri ut relictā malicia
credant in te dñe. **I**llos enim antiquos inhabita-
tores terre sancte tue quodam exhorruisti: quoniam
odibilia opa tibi faciebant per medicamia et sa-
crificia iniusta: et filiorum suorum necatores sine
misericordia: et comedores viscerū hominum
et devoratores sanguinis: et auctores parentes
animarum in auxiliariū perdere voluisti a me-
dio sacramēto tuo: per manus parentū nostrorū
ut dignā p̄cipere p̄e grationē puerorum
dei que tibi omnium carior est terra. **S**ed
et his tanquam hominibus pēcasti: et misisti ante-
cessores exercitus tui vespas ut illos paula-
tim exterminaret. Non quod impotens eras in
bello subiūcere impios iustis: aut bestiis seuis
aut vero duro simul extermiare: sed partibꝫ
iudicās dabus locū penitentie: non ignorās
quoniam neque ē natio eorum: et naturalis ip-
sorum: et quoniam non poterat mutari cogitatio illoꝫ
in ppetuū. **S**emen enim erat maledictū ab ini-
